

ADĒSTO nobis, Dómine, Deus nos-
ter: et quos tuis mystériis recreásti,
perpétuis defénde subsidiis. Per Dó-
minum.

POSTCOMMUNION

Draw near to us, O Lord, our God, and by
Thy unfailing help defend those whom
Thy mysteries have refreshed. Through our
Lord.

RECESSIONAL HYMN

Vexilla regis

Hymn.

E-xíl-la Re-gis pró-de-unt: Fulget Crú-cis
mysté-ri-um, Qua vi-ta mortem pér-tu-lit, Et mor-
te vi-tam pró-tu-lit. 2. Quæ vulne-rá-ta lán-ce-æ
Mucrón-e di-ro, críminum Ut nos la-vá-ret sór-di-bus,
Maná-vit unda et sán-gui-ne. 3. Implé-ta sunt
quæ cón-ci-nit Da-vid fi-dé-li cá-rmi-ne, Di-céndo
na-ti-ó-ni-bus: Regná-vit a ligno De-us. 4. Arbor
de-co-ra et fúl-gi-da, Orná-ta Re-gis púrpu-ra,
E-lécta dí-gno stí-pi-te Tam sanc-ta membra tán-
ge-re. 5. Be-á-ta, cu-jus brá-chi-is Pré-ti-um pe-
péndit sæcu-li: Sta-té-ra fa-cta córpo-ris, Tu-lit que
prædam tá-rta-ri. 6. O CRUX A-VE, SPES Ú-NI CA,
Hoc Passi-ó-nis témpo-re Pi-is adáuge grá-ti-am,
Re-i-sque de-le crí-mi-na. 7. Te fons sa-lú-tis Tri-
ni-tas, Colláudet o-mnis spí-ri-tus: Qui-bus Cru-cis
victó-ri-am Largi-ris, adde præ-mi-um. A-men.

1. Abroad the regal banners fly, now shines
the Cross's mystery: upon it Life did death
endure, and yet by death did life procure.
2. Who, wounded with a direful spear, did
purposely to wash us clear from stain of
sin, pour out a flood of precious water
mixed with blood.
3. That which the prophet-king of old hath in
mysterious verse foretold, is now accom-
plished, whilst we see God ruling the na-
tions form a Tree.
4. O lovely and refulgent Tree, adorned with
purpled majesty; culled from a worthy
stock, to bear those limbs which sanctified
were.
5. Blest Tree, whose happy branches bore the
wealth that did the world restore; the
beam that did that Body weigh which
raised up Hell's expected prey.
6. Hail Cross, of hopes the most sublime!
Now, in the mournful Passion time; grant
to the just increase of grace, and every
sinner's crimes efface.
7. Blest Trinity, salvation's spring may every
soul Thy praises sing; to those Thou grant-
est conquest by the Holy Cross, rewards
supply. Amen.

MATERNAL HEART of MARY

Traditional Latin Mass Parish, Lewisham

PROPER of the MASS

PASSION SUNDAY

Psalm 42. 1-2

JUDICA me, Deus, et discérne cau-
sam meam de gente non sancta: ab
hómine iníquo, et dolóso éripe me:
quia tu es Deus meus, et fortitúdo
mea. *Ps. 42.3.* Emítte lucem tuam,
et veritátem tuam: ipsa, me deduxé-
runt, et adduxérunt in montem
sanctum tuum, et in tabernácula
tua. Júdica me...

QUÆSUMUS, omnípotens Deus,
famíliam tuam propítius réspice: ut,
te largiénte, regátur in córpore; et,
te servánte, custodiátur in mente.
Per Dóminum.

Hebrews 9. 11-15

FRATRES: Christus assistens pón-
tifex futurórum bonórum, per ám-
plius et perfectíus tabernáculum
non manufáctum, id est, non hujus
creatiónis: neque per sánguinem
hircórum aut vitulórum, sed per
próprium sánguinem introívit semel
in Sancta, ætérna redemptióne invé-
nta. Si enim sanguis hircórum et
taurórum, et cinis vítulæ aspérsus,
inquinátos sanctificat ad emun-
datiónem carnis; quanto magis San-
guis Christi, qui per Spíritum Sanc-
tum semetípsum óbtulit immaculátum
Deo, emundábit consciéntiam
nostram ab opéribus mórtuis, ad
serviéndum Deo víventi? Et ideo
novi testaménti mediátor est: ut
morte intercedénte, in redemptiónem
eárum prævan-catiónum, quæ erant
sub prióri testaménto, repromissiónem
accípiant, qui vocáti sunt ætérna
hereditátis, in Christo Jesu Dómino
nostro.

INTROIT

Judge me, O God, and distinguish my
cause against an ungodly nation: O deliver
me from the unjust and deceitful man: for
Thou art my God and my strength. *Ps.*
Send out Thy light and Thy truth: they
have led me and brought me unto Thy
holy hill, even unto Thy tabernacles. Judge
me.

COLLECT

We beseech Thee, almighty God, merci-
fully look upon Thy family: that by Thy
great goodness it may be governed in
body, and by Thy protection be preserved
in mind. Through our Lord.

EPISTLE

Brethren: Christ being come, a High Priest
of the good things to come, by a greater
and more perfect tabernacle, not made
with hands, that is, not of this creation:
neither by the blood of goats or of calves,
but by His own blood, entered once into
the Holies, having obtained eternal re-
demption. For if the blood of goats and of
oxen and the ashes of an heifer, being
sprinkled, sanctify such as are defiled, to
the cleansing of the flesh: how much more
shall the blood of Christ, who, by the Holy
Ghost, offered Himself unspotted unto
God, cleanse our conscience from dead
works, to serve the living God? And
therefore He is the Mediator of the new
testament: that by means of His death, for
the redemption of those transgressions
which were under the former testament,
they that are called may receive the
promise of eternal inheritance, in Christ
Jesus our Lord.

Psalm 142. 9. 10; 17. 48-49

ERIPÉ me, Dómine, de inimícis meis: doce me fácere voluntátem tuam. V. Liberátor meus, Dómine, de géntibus iracúndis: ab insurgéntibus in me exaltábis me a viro iniquo erípies me.

Psalm 128. 1-4

SÆPE expugnáverunt me a juventúte mea. V. Dicat nunc Israël: sæpe expugnáverunt me a juventúte mea. V. Etenim non potúerunt mihi: supra dorsum meum fabricáverunt peccatóres. V. Prolongáverunt iniquitátes suas: Dóminus justus concidit cervíces peccatórum.

John 8. 46-59

IN illo témpore: Dicébat Jesus turbis Judæórum: Quis ex vobis árguet me de peccáto? Si veritátem dico vobis, quare non créditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Proptérea vos non audítis, quia ex Deo non estis. Respondérunt ergo Judæi, et dixerunt ei: Nonne bene dicimus nos, quia Samaritánus es tu, et dæmónium, habes? Respóndit Jesus: Ego dæmónium non hábeo: sed honorífico Patrem meum, et vos inhonorástis me. Ego autem non quæro glóriam meam: est qui quærat, et júdicet. Amen, amen dico vobis: si quis sermónem meum serváverit, mortem non vidébit in ætérnum. Dixérunt ergo Judæi: Nunc cognóvimus quia dæmónium habes. Abraham mórtuus est, et prophétæ: et tu dicis: Si quis sermónem meum serváverit, non gustábit mortem in ætérnum. Numquid tu major es patre nostro Abraham, qui mórtuus est? Et prophétæ mórtui sunt. Quem tépsum facis? Respóndit Jesus: Si ego glorífico meípsum, glória mea nihil est: est Pater meus, qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus vester est, et non cognovístis eum: ego autem novi eum: et si vobis, mendax. Sed scio eum, et sermónem ejus servo. Abraham pater vester

GRADUAL

Deliver me, O Lord, from my enemies: teach me to do Thy will. V. My deliverer, O Lord, from the angry nations: Thou wilt lift me up above them that rise up against me: from the unjust man Thou wilt deliver me.

TRACT

Often have they fought against me from my youth. V. Let Israel now say: often have they fought against me from my youth. V. But they could not prevail over me: the wicked have wrought upon my back. V. They have lengthened their iniquities: the Lord who is just will cut the necks of sinners.

GOSPEL

At that time Jesus said to the multitudes of the Jews: Which of you shall convince Me of sin? If I say the truth to you, why do you not believe Me? He that is of God heareth the words of God. Therefore you hear them not, because you are not of God. The Jews therefore answered, and said to Him: Do not we say well, that Thou art a Samaritan, and hast a devil? Jesus answered: I have not a devil: but I honour My Father, and you have dishonoured Me. But I seek not My own glory: there is One that seeketh and judgeth. Amen, amen, I say to you: If any man keep My word, he shall not see death for ever. The Jews therefore said: Now we know that Thou hast a devil. Abraham is dead, and the prophets: and Thou sayest: If any man keep My word, he shall not taste death for ever. Art Thou greater than our father Abraham, who is dead? and the prophets are dead, whom dost Thou make Thyself? Jesus answered: If I glorify Myself, My glory is nothing: it is My Father that glorifieth Me, of whom you say that He is your God, and you have not known Him: but I know Him: And if I shall say that I know Him not, I shall be like to you, a liar. But I do know Him, and do keep His word. Abraham your father rejoiced that he might see My day: he saw it

exultávit ut vidéret diem meum: vidit, et gavísus est. Dixérunt ergo Judæi ad eum: Quinquaginta annos nondum habes, et Abraham vidísti? Dixit eis Jesus: Amen, amen dico vobis, ántequam Abraham fieret, ego sum. Tulérunt ergo lápides, ut jácerent in eum: Jesus autem abscondit se, et exívit de templo.

Psalm 118. 17, 107

CONFITÉBOR tibi, Dómine, in toto corde meo: retribue servo tuo: vivam, et custódiam sermónes tuos: vivífica me secúndum verbum tuum Dómine.

HÆC múnera, quæsumus, Dómine, et víncula nostræ pravitátis absólvant, et tuæ nobis misericórdiæ dona concílient. Per Dóminum.

VERE dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper, et ubique grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: Qui salutem humáni géneris in ligno Crucis constituísti: ut unde mors oriébatur, inde vita resúgeret: et qui in ligno vincébat, in ligno quoque vincerétur: per Christum Dóminum nostrum. Per quem majestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli, cælórumque Virtútes ac beáta Séraphim, sócia exultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces, ut admítte júbeas, deprecámur, súplici confessióne dicétes:

1 Corinthians. 11. 24,25

HOC corpus, quod pro vobis tradétur: hic calix novi testaménti est in meo ságuine, dicit Dóminus: hoc fácite, quotiescúmque súmitis, in meam commemoratiónem.

and was glad. The Jews therefore said to Him: Thou art not yet fifty years old: and hast Thou seen Abraham? Jesus said to them: Amen, amen, I say to you, before Abraham was made, I am. They took up stones therefore to cast at Him: but Jesus hid Himself, and went out of the temple.

OFFERTORY

I will confess to Thee, O Lord, with my whole heart: render to Thy servant: I shall live and keep Thy words: enliven me according to Thy word, O Lord.

SECRET

May these offerings, we beseech Thee, O Lord, loosen the bonds of our wickedness, and procure for us the gifts of Thy mercy. Through our Lord.

PREFACE OF THE HOLY CROSS

It is truly meet and just, right and availing unto salvation that we should at all times and in all places give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty and everlasting God. Who didst set the salvation of mankind upon the tree of the Cross, so that whence came death, thence also life might rise again, and that he who overcame by the tree might also be overcome on the tree: through Christ our Lord. Through whom the angels praise Thy majesty, the dominions worship it, and the powers stand in awe. The heavens and the heavenly hosts, and the blessed seraphim join together in celebrating their joy. With these we pray Thee join our voices also, while we say with lowly praise:

COMMUNION

This is My Body which shall be delivered for you: this chalice is the new testament in My Blood, saith, the Lord: do this, as often as you receive it, in commemoration of Me.